

Band XI., Nr. 5528, Seite 435-436

Die Grafen Heinrich und Otto von Zweibrücken verkaufen ihren Besitz in Hengstett und Schlehdorn an Friedrich von Hohenheim Schultheiß zu Esslingen.

Ohne Ortsangabe, 1300. Oktober 19.

Nos Heinricus et Otto comites de Gemino Ponte Spirensis dyocesis tamquam in iure confessi notum facimus presenti pagina omni homini fide digno, quod generaliter omnes possessiones nostras apud Hincsteten et apud Slehdorn et specialiter curiam nostram dictam vronhof et omnes hūbas nostras ac decimas laicales ad nos absque medio pertinentes dumtaxat apud Hincsteten sitas cum universis earundem possessionum dominiis veris et utilibus fundis areis domibus horreis edificiis ortis agris pratis plantis pascuis silvis censibus nec non cum ipsarum possessionum aquis piscariis molendinis et aliis aquarum usibus iuribus advocaticis iurisdictionibus hospitiationibus stabulationibus forefactis penis mortuariis seu capitagiis institutionibus destitutionibus iuribus que vulgo vocantur hertreht plerumque cum omnibus iuribus, quibus nomen est positum vel etiam quibus nomen positum non existit, nec non cum hominibus ad bona seu res predictas quocumque iure vel titulo pertinentes, reservato nobis tantummodo iure patronatus ecclesie de Hincsteten predictae, valenti viro Friderico sculteto de Ezzelingen dicto de Hohenhain pro quingentis et quinquaginta libris denariorum bonorum Hallensis monete nobis integraliter exsolutis vendidimus ipsi vendito cessimus et predictis rebus renuntiavimus memoratum Fridericum in possessionem rei vendite misimus corporalem et revera omnibus articulis antedictis tam efficacem adhibuimus verborum et gestuum sollempnitatem debitam et consuetam, ut idem Fridericus et eius heredes omnes res predictas possint exnunc bona fide ac iusto titulo possidere ac perpetim obtinere. Et ne quicquam in contrarium attemptetur, renuntiamus pro nobis et cunctis nostris heredibus exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti pretii doli malitie pacti conventi actioni in factum et generaliter omni exceptioni seu defensionis quarum ope quicquam ex premissis posset quomodolibet irritari et super eo renuntiamus legi specialiter qua cavetur generalem renuntiationem in contractibus non valere. Sane in omnium premissorum evidentiam presens instrumentum nostris sigillis fecimus communiri et virorum illustrium Symonis et Cūnradi fratrum ducum de Tecke, Grotfridi comitis palatini de Thuwingen, Alberhti dicti de Siggingen, Cūnradi de Hornberg militum, Cūnradi sculteti de Wil et Ūlrici eius filii ac aliorum plurium fide dignorum testimoniis roborari.

Datum anno domini MCCC., XIII. kalendas Novembris indictione XIII.

Textabdruck folgt dem Original.

Siegel 1) Graf Heinrichs von Zweibrücken, s. WUB, Bd. X, S. 456, Nr. 4811. 2)
Graf Ottos von Zweibrücken, s. WUB, Bd. X, S. 408, Nr. 4742.

Der Schultheiß Friedrich von Esslingen war nur Mittelsmann des Klosters Herrenalb, das in einem zweiten sonst wörtlich gleichlautenden Exemplar an seiner Stelle als Verkäufer genannt ist. Dieses Duplikat ist sehr stark von Mäusen beschädigt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 U 359

Überlieferung und Textkritik:

Original. 2. Exemplar: HStA Stuttgart A 489 U 360. Pergamentabschrift vom 2. Exemplar: HStA Stuttgart A 489 U 361.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 5, S. 206.

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 146, Nr. 331.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Heinrich; Graf von Zweibrücken Otto; Graf von Zweibrücken

Ortsindex:

Althengstett Wohnplatz (6771)

Althengstett, CW

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)

Bad Herrenalb, CW

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Hohenheim Wohnplatz (29)

IV

Hohenheim, Stuttgart, S
Hornberg Wohnplatz (6130)
Hornberg, Neckarzimmern, MOS
Schlehdorn Wüstung (22909)
Schlehdorn, Althengstett, CW, W
Sickingen, Oberderdingen, KA, A
Speyer, SP
Teck Wohnplatz (437)
Teck, Owen, ES
Tübingen Wohnplatz (16214)
Tübingen, TÛ
Weil der Stadt Wohnplatz (248)
Weil der Stadt, BB
Zweibrücken, ZW